

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Apostoli i  
cum fonte primo

Potestatem tribuit Dominus apostolis  
ut sciant qui dampnantur a talibus  
humanam sententiam diuina sententia corroborari.

Ieronymus super illud Matthei XVIII.: Quecumque  
alligaueritis super terram.

Quia dixerat: *Si autem ecclesiam non audierit,  
sit tibi sicut ethnicus et publicanus,*  
et poterat contemptoris fratris haec occulta esse  
responsio uel tacita cogitatio:  
Se me dispicis, et ego te dispicio,  
si tu me condemnas,  
et mea sententia condemnaberis,  
potestatem tribuit apostolis  
ut sciant qui a talibus condemnantur,  
humanam sententiam diuina sententia roborari  
et quodcumque ligatum fuerit  
in terra ligari pariter et in caelo.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in  
euangelium Matthaei*, 3.18.17 (CCSL 77, D. Hurst  
& M. Adriaen eds., p.162, ll.631-638).